



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Christophori de Ortega Sanclementini, E' Societate
Iesv. Qvondam in Provincia Toletana Theologiæ
Scholasticæ publici Professoris ... Tractatvs Dvo, De
Trinitate, Nec non, Incarnatione**

Ortega, Cristóbal de

Lugduni, 1664

Qvæst V. An Personarum identitas in natura euidenti alieni rationis
principio contradicat?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94251](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94251)

folcatech. in longè à med. Theophylact. ad eum locum, Gregent. Archiep. Trephenf. d. cum Harbano Iudæo verif. fin. Ambr. 1. de fide c. 62. med. & 10. in Lucam c. vii. med. & 3. de Virginib. verfus med. Auguft. tract. 121. in Ioan. post med. Gregor. magnus hom. 25. in Euang. post med. Refpectu fui Deum personaliter non fecus ac Patrè accepiffe aiunt Cyrill. & Hilar. essentialiter verò refpectu fui Deum vfurpaffe communis est, & docent citati Ambros. Auguft. Theophylact. Gregor. Chryfoft. Cyrill. & Athanas. qui etiam lib. de communi effent. Patrùs & c. med. s. Apoftolus, Epiphani. pag. 15. & 16. Sed tunc de fe, vt homine, siue ratione humanitatis, locutum afferunt Christum. Quæ fonant Filium, & Spiritum sanctum à producenti accipere, & à se nihil facere. ex quibus diuinitatem eis negabant Arriani, exposuimus q. 2. de eisque redibit iterum sermo d. de comparat. personar. vbi quæ ratione Patrè rogent, ab eoque postulerent planè, sanèque explicabimus.

QVÆSTIO V.

An Personarum identitas in natura euidenti alicui rationis principio contradicat?



QVÆSTIONE proxima de Personarum substantialitate cum hæreticis ex Scriptura, & Patribus pugnamus. Tam verò cum Philosophis, acrius adhuc, decertandum nobis in præsentiarum est: vt Mysterium tantum, quod supra omne rationis naturalis lumen, principio aduersari ostendamus.

CERTAMEN I.

Rei difficultas, aliorumque solutiones confutata.

Duplici syllogismorum genere mysterium hoc à ratione impugnari potest: in quibus serua, quoad speciem, rectè concludendi forma ex veris huius Mysterij propositionibus falsum aliquid colligi videatur. Primus Syllogismus sic. *Essentia diuina est realiter Pater; Filius est realiter diuina: ergo Pater est realiter Filius.* Quod æquè hæreticum est. Nec videtur negari posse consequentia: siquidem à negatione identitatis realis terminorum consequentiæ eadem vi negatio identitatis eorum cum essentia, quæ est illationis medium, sic inferetur. *Pater non est realiter Filius: atqui essentia est realiter Pater: ergo essentia non est realiter Filius.* Quod æquè hæreticum est. Vtriusque consequentiæ vis euidentiſſimo illo naturæ lumine principio nititur: scilicet, *quæ sunt eadem vnitertio sunt eadem inter se.* Illud autem traditur ab Aristot. 7. Topicor. capite 1. loco 5. verbis hæc: *Si cui alterum idem, & alterum.* (scilicet idem est) Nam, si non sunt ambo eidem eadem, manifestum, quoniam nec sibi inuicem. Vnde rursus sic in Darij contra mysterium arguitur. *Quæcumque sunt eadem vnitertio sunt eadem inter se: sed Pater, & Filius sunt eadem vnitertio essentia: ergo sunt eadem inter se.* vel *ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis hoc pacto. Quæcumque non sunt eadem inter se, nec sunt eadem vnitertio: sed Pater, & Filius non sunt eadem inter se: ergo nec sunt eadem vnitertio essentia.* Vtrumque autem consequens absurdum, imò hæreticum est, vt patet.

Quanta hic inter Theologos, quàmque inutilis concertatio! An syllogistica forma principio huic Aristotelico, euidentiſſimòque innitatur? Affirmantibus Aureolo in 1. d. 2. p. 3. tit. 3. Scoto quæstione 4. s. R.P. Christoph. de Ortega, de Deo Vno & Trino.

Ad primum argumentum. Capreol. quæstione 3. art. 1. circa med. Canar. p. quæst. 28. art. 3. negantibus verò Vazq. 1. p. d. 123. c. 2. Caiet. quæst. 28. art. 3. s. vii. Gregor. Arimin. in 1. d. 5. quæst. 1. col. 2. Marfil. d. 2. q. 6. art. 3. fin. Ruiz de Trinitate d. 15. sect. 4. num. 3. & 4. Sed tamen ad rem præsentem id negare parui refert. Tum, quia, vt bene Marfil. & Ruiz proxime n. expostorius syllogismus, quo circa hoc mysterium Catholici in primis vexantur, immedjatè, & proxime huic principio incumbere certissimum est: tum quia, licet non inniteretur, cum tamen ex illo videatur necessariò inferri, quod satis est ad Trinitatis mysterium euertendum, solutione potius ex vera principij intelligentia, quam logicæ quæstionis circa illud disputatione opus erit. Nec vacabit aliorum solutiones omnes referre, licet attingamus pauculas, & quæ vtilem habeant doctrinam. Plures videat qui volet apud Gregor. de Arimin. proximè s. *Ad rationes in oppositum.*

3. Okam. in 1. d. 5. q. 1. r. formam syllogisticam, cuiusque principia in aliis omnibus tenent; non autem in diuinitis. Contra primò: quia syllogistica forma, cuiusque principia à materia abstrahunt, rectèque de se sunt: quare quæ in vna materia rectè concludunt, in omnibus, si certa materia sint, concludere debent. Rectè ergo Gregor. de Arimin. proximè ait solutionem hanc mysterij diuina, quæ credimus, irrationalia profiteri: ipsi videlicet magis, quàm hostes incuriã, omnemque viam conuincendis hæreticis præcludere, improbitatisque Sanctorum Patrù, atque Scholasticorum ad dogmata catholica ab aduersariorum argumentis expedienda pium, & doctum laborè damnare. Facile quippè (aiebat Auguft.) fuit dicere: quod rationes contrariæ, & si in aliis valerent, non tamen in his valebant. S. Bonauentura in c. d. 31. art. vnic. q. 1. corp. Ricard. d. 2. q. 1. ad 1. & 2. & d. 33. art. 2. q. 1. ad 2. vbi Argent. art. 4. & dist. 27. quæst. vnic. art. 2. ad 3. & id. d. 33. respondent illud principium, & formam syllogisticam verum habere in rebus absolutis, non autem in rebus identificatis vnitertio absoluto. Approbat Ruiz sect. 3. conaturque id ex Boëtio de Trinit. verif. fin. aliisque Patribus deducere. Qui tamen solum docent Personarum relationibus distinguunt. Ceterum ratio relatiui in extremis reperta, rectè quidem probat extremorum distinctionem, non autem identitatem eorum cum alio, quin & inter se, identificentur. Etenim, siue relatiua sint extrema, siue absoluta, si tamen vnitertio identificentur sufficienti identificatione, & inter se se identificari debent, ratio ipsa demonstrat. Atque ita in creatis necessariò cuenire docet idem Ruiz num. 13. limitatio verò in materia creata, & illimitatio in increato Deo, ad quam ipse recurrit, mysterium quidem fecit, non autem huic principio solutionem: nisi hoc ita intelligendum monstraretur, vt suo sensu in materia mysterij huius non currat: ne in Okami solutionem absurdam relabamur.

4. Scotus in 1. d. 2. q. 4. sua distinctione ex natura rei inter personalitates, & essentiam huius argumenti istum declinat: sicut Porretanus, & Durand. sua illa modali reali distinctione, quæ inter essentia, & personalitates comminiscuntur. Contra quos d. 8. q. 1. per totam, & q. 2. cert. 1. attentim pugnamus. Nunc autè solū liber ostendere ea adhuc doctrina admissa præseti difficultati non satis fieri ab Scoto. Etenim, vt acutè Aureol. apud Ruiz sect. 2. n. 4. talis est distinctio extremorum inter se, qualis est distinctio ab vno tertio: sed tres relationes non distinguuntur ab essentia communi Personarum realiter, sed solum ex natura rei per Scotum: ergo nec inter se realiter, siue, vt res à re, distinguuntur relationes, neque Personarum, quæ ipsis constituuntur, sed solum distinctione ex natura rei in sententia Scoti. Hoc argumento Scotus ipse multis in casum solutionibus, & replecis adhibitis ferè conuincitur loco citato sine. Maior est certa. Nam, si, iuxta principium istud, identitas cum tertio, identitatem facit extremorum, & eodem modo distinctionem abolet, quo habetur identitas: ergo eo modo solum relinquatur locus distinctioni extremorum ex identitate eorum tertio, quo hæc identitas tertij locum dat distinctioni extremorum cum ipso. Iam verò

K Personarum

Personas distingui, vt supposita, atque vt rem à re, siue realiter, nec solum ex natura rei Catholicum Dogma de fide est. Idem argumentum atque Durandum vigere existimat Ruiz vbi proximè. Sed certè Doctores realis virtualis distinctionis chimericæ ad hanc difficultatem euacuandam architectatæ atque premit, vt pater; at Durandum non premit. Nam, Personalitates res esse, vel modos certum non est: neque ex eo, quod ab essentia reali modalis distinctione personalitates differant inferitur Personas inter se realiter modaliter solum differre, id est, vt modum à re cuius est modus. Illo siuidem admissio Personæ sibi inuicem modi non erunt, licet personalitates modi essentia sint: sicut, licet figura, & præsentia modi sint quantitatis, altera tamen alterius modus non est, nec enim minor est modorum inter se distinctio, quam rerum.

5 Sanctus Thomas in 1. d. 35. q. 1. art. 1. ad 2. S. Bonau. art. 1. quæst. 3. ad 1. Gregorius Armin. art. 3. ad 3. Capreol. d. 2. quæst. 3. art. 1. fin. Marfil. quæst. 6. art. 3. circa fin. Albert. r. p. quæst. 36. med. 1. longè à med. & Caietan. r. p. quæst. 28. art. 3. circa fin. respondent: extrema, quæ sunt eadem vnitatis, eadem, & inter se esse, non quidem absolute, sed in eo, siue secundum id, in quo idem sunt: cum autem Personalitates sint idem secundum essentiam, non quidem inferitur ex illo principio secundum se idem absolute fore, sed solum secundum essentiam. Hanc solutionem bonam, & doctrinalem appellat Ruiz sect. 3. numero 19. Quia nimirum ea rectè intelligitur Personas diuinas esse idem neutè, non masculinè. Insuper esse vnã rem, vnã bonitatem, vnã perfectionem, & sic de reliquis communibus, & absolutis. Sed contra: quia principium illud probat extrema eo modo esse inter se vnã, quo identificantur cum tertio: sed extrema Paternitatis, & relationis secundum proprias rationes identificantur cum tertio, nimirum essentia: ergo secundum proprias rationes, nec solum secundum essentiam identificari debent inter se. Confirmatur ex discursu, quem ex Aureolo contra Scotum, & Durandum urgebat nuper ipse Ruiz. Contra secundò: quia iuxta eam explicationem huius principij sensus redditur identicus, & inutilis. Nemp: quæcumque sunt eadem vnitatis sunt eadem in illo tertio; cum tamen principium illud affirmet ex parte prædicati non quidem extrema esse eadem vnitatis, quod erat subiectum, sed eadem esse inter se, quod est principij illius prædicatum: siue, quod idem est, ex suppositione identitatis extremorum cum alio tertio identitatem extremorum inter se prædicat: quare, & solutio hæc falsa est, petitque manifestè principium, atque mysterij conclusione difficultati respondet.

CERTAMEN II.

Propria, & germana difficultatis solutio, atque ad Sophismata omnia solida Doctrinæ applicatio.

1 Vera igitur difficultatis solutio, atque principij illius explicatio est, quam dedit S. Bonau. in 1. d. 34. art. vnic. q. 1. ad vlt. vbi ait falsum esse illud principium: *vbi est conuergentia plurimum tanquam in communi.* Illi consentiunt Egidius, & Argent. d. 33. vbi Carthus. q. 1. fin. Capreol. d. 2. q. 3. art. 1. vers. fin. Aureol. p. 3. titulo 4. circa med. & ad 7. d. 36. fin. ad n. Caietan. bono sensu intellectus, prima parte q. 30. art. 1. sed expressius Molina noster q. 28. art. 3. d. 1. Bellarm. 2. de Christo c. 18. Vazq. Arrubal. Granad. & Ruiz. proximè sect. 3. n. 14. Nostrique vulgè Recentiores, licet eorum aliqui verbis non omnino consentiant. Sic igitur habet solutio: vt illud principium intelligi debeat de identitate adæquata cuiusque extremi cum tertio identificationis, & tertij cum quouis extremo. Id quod tunc euenit, cum, neque extremum, neque tertium identificationis communis est extremo: si enim communitate aliqua tertium identificationis communis sit,

quam extremum, quia pluribus identificatur, vel communicatur, quam illud: ac proinde non adæquate extremum illi identificatur, falsum est principium. Vt hæc clarius consistat aduertendum est duplicem esse modum termini communis, & inadæquate identificati cum alio: alterum metaphysicum, seu logicum, alterum verò physicum. Metaphysicum, seu logicum est modus communitatis prædicati superioris respectu inferioris v.g. communitas speciei hominis, qui quidem vnus terminus formaliter logicè, & metaphysicè cum sit, tamen cum quouis suo indiuiduo v.g. Petro realiter identificatur: ita tamen, vt idem sit terminus & species cum aliis indiuiduis identificetur: ac proinde cum vno quolibet inadæquate identificatur. Ad eum modum terminus communis physicè est, qui vnus, & indiuiduus physicè in se est, & tamen alteri extremo ita identificatur, vt non illi soli, sed alteri etiam identificetur, ac proinde neutri identificatur adæquate, quia identificatur vtrique.

2 Porro communitas, & identitas inadæquata logica, & metaphysica in speciebus & prædicatis omnibus vniuersalibus creatis inuenitur. Communitas autè, & identitas inadæquata physica in Deo solum reperitur ob eius infinitatem simpliciter in genere entis, ob quam omnè amplectitur perfectionem, etiam realiter distinctiorum: vt ad perfectissimam fecunditatem, quæ sine distinctione producentis, & producti esse non potest necessariò requiritur. Hanc Mysterij huius rationem, seu potius explicationem voci non autè difficultatis propositæ solutione, nedum solutione præcipuâ, vt existimat Ruiz sect. 1. n. 6. Verè ex hoc nobis reuelato, sicque explicato innotescit vniuersalissimâ, & singularissimâ Dei essentia esse terminum communem physicè tribus Personis, atque vnicuique earum inadæquate identificari. Hinc pergit discursus ad solutionem difficultatis. Nam sicut ex termino logicè, & metaphysicè comuni v.g. homine, identificato inadæquate huic indiuiduo v.g. Petro, & alteri indiuiduo, scilicet Paulo, non licet inferre, Petrus, & Paulus identificari inter se, seu quod idem est, Petrus esse Paulum hoc syllogismo expositorio: *Petrus est bonus, & Paulus est bonus: ergo Petrus est Paulus, siue, est idem, quod Paulus:* ita neque ex identificatione physicè inadæquata essentia diuinæ cū Patre, & cū Filio licebit inferre horum inter se se identitatem. Huc tandem euadit solutio, quam primus dedit Marfil. in 1. q. 6. art. 3. Arimin. d. 5. q. 1. ex quo reliqui Canar. r. p. quæst. 18. d. 3. circa fin. Soar. 4. de Trinitate cap. 3. num. 8. & 9. Ruiz sect. 6. præ quibus clarius Vazq. noster 1. p. d. 123. cap. 3. n. 12. scilicet essentiam diuinam esse terminum ineptum syllogismo expositorio. Nimirum, quia licet singularis logicè terminus sit, est tamen terminus physicè communis, vt diximus: ac proinde inadæquate identitatis cum altera Persona. Cuius Doctrinæ semina dedit nobis Anselm. de Incarnat. c. 6. atque Hilar. de Trinit. in it.

3 Dices: distributis medio communi, & extremitatibus in antecedenti rectè inferitur consequentia: ergo sic distributis medio essentia, & extremitatibus in antecedenti concludetur rectè. *Omnis essentia diuina est Pater: Omnis Filius est essentia diuina: ergo Pater est Filius.* Hoc autem est hæreticum: ergo, & antecedens. Respondetur distributionem solum habere in termino communi logicè, & metaphysicè, ac non singulariter: quæ quippe efficitur, vt pro omnibus indiuiduis suis terminus communi logicè supponatur; essentia autem diuina terminus communis logicè, aut metaphysicè non est, sed omnino singularis, & indiuiduus. Hinc maior illa cum signo *omnis* etiam, vel singulariter accipitur, ratione ineptitudinis termini logicè singularis, cui additur, vt disteibatur, vel est de subiecto non supponente, & implicentem in terminis propositionem reddit ratione signi *omnis*, quod vi sua essentia destruit, dū distribuit: cū vi significationis suæ essentia, quæ essentialiter, & de conceptu suo indiuidua est, specie faciat. Ob quâ etiâ ratione minor est de subiecto nō supponente: cum Filius in diuinis essentia sua singularis sit. Sed inflas. Saltem identitas cum essentia logicè communis est tribus Personis: ergo ea distributa in antecedenti rectè hoc pacto concludetur: *Omnis*

est idem cum Filio : ergo Pater est aliquid , quod est idem cum Filio. Respondetur ex Vazq. n. n. medium in hoc syllogismo non esse essentiam, sed : quod est idem cum Patre. & quod est idem cum Filio. Unde inferri debet : ergo quod est idem cum Patre est idem cum Filio : ne quatuor terminis syllogismus constet, quod non renouo. Existimo tamen vtramque propositionem antecedentis vel esse omnino singularem, vel de subiecto non supponente : quia identitas dum Patre, sue, quod idem est cum Patre, singulare logicè & metaphysicè est : scilicet essentia, quæ sola idem cum Patre est : licet, quia, eadem est idem cum Filio, fit physice cõmunis, atque, vt modò dicebã, distributioni inepta. Identitas autem cõmunis logicè, vel quasi logicè est, quæ est in Personis cum essentia, atque est ipsemet Personæ, ac proinde ea solum identitas Personarum cum essentia distribui potest, & debet, ne argumentum, vel ex singularibus colligat malè, vel ex propositionibus de subiecto non supponenti procedat, v. g. *Omne idem cum essentia est Pater; sed Filius est idem cum essentia : ergo Filius est Pater.* Hoc enim pacto rectè concluderetur intentum, nisi falsa esset maior, vt ex se patet.

4 Et quidem si regula hæc intelligendi illud principium que sunt eadem vniuerso, & c. alè penetraretur, eadem est cum alia, qua syllogismorum omnium defectus vitantur. Nempe arguendum non esse à non distributo ad distributum, seu, quod idem est, ex puris particularibus. Nam medium respectu illius extremi, cui inadæquatè identificatur particularis terminus est, nisi signo distribuentis pro omnibus indiuiduis supponatur : vt patet in termino *homo* respectu Petri, vel Pauli. Eidem certè principio innitur aliud, in quo forma syllogistica, omnium lententia, recumbit : scilicet dici de omni, & dici de nullo. Nam, vt aliquid dicatur de omni, vel dicatur de nullo, adæquata identitas vel distinctio ab omni, vel à nullo requiritur : cum ad veram prædicationem, qua vnum esse aliud verè affirmatur, vel negatur eorum identitas, vel distinctio debeat ex parte obiecti præcedere formaliter in extremis, vel virtualiter inter medium, & extrema ; si autem inter hæc non sit identitas adæquata, poterit alteri conuenire prædicatum speciale, quod alteri non conueniat : cum non statim alterum debeat ei omni identificari, cui alterum identificatur : neque ea omnia habere, quod alterum habet. Unde patet solutio ad patres alios sophysticos syllogismos, qui obiecti contra hoc mysterium solent : pro quorum singulis non singularè, sed plures ab auctoribus solutiones adhibentur, quas referre, ne dum refellere, nec iuuat, nec vacat. Satis hic aduertisse fuerit ad nostram tandem redigi debere, quæ ex illis fiat bonæ.

5 Eò igitur sophysmata omnia tendunt, vt, quæ Personis competunt, essentia conuenire deducant, vel, quæ essentia sunt in Personis transferant, vel personalitates, v. g. *Essentia non producit, sed communicat. Filius, vel Filiatio est essentia : ergo Filius, vel Filiatio non producit, sed communicat, vel ab opposito consequentis. Filius vel Filiatio producit, & non communicat, sed essentia est Filiatio, & Filius : ergo essentia & producit, & non communicat.* Eodem modo ex aliis prædicatis propriis essentia ad personalitates, & Personas, & ex propriis Personalitatem, & Personarum ad essentiam argui potest. v. g. Personalitates esse distinctiua, seu id, quo Personæ differunt esse incommunicabiles, Patrem esse generationum, relationum, & c. essentiam verò esse communicabilem absolutam, rationem conueniendi Personis. Denique ea, quæ Personæ respectu alterius conueniunt, respectu essentia conuenire debere. Omnium autem negatur consequentia defectu identitatis adæquatæ inter medium, & extrema, ratione cuius opus non est alteri inesse, & identificari quidquid alteri inest, & identificatur : ac proinde illatio ex puris particularibus ad particulare, seu à non distributo ad distributum est. Cui vitio non succurres si terminis huiusce signum *omnis* vel *nullus*, aliudve vniuersale, & distributum subiungas. Cum enim termini singulares logicè, ac proinde distributioni inepti sint, vel eodem modo cum illis afficiuntur, significant : vel propositiones

R. P. Christoph. de Ortega de Deo P. no & Trinit.

de subiecto non supponente reddunt, vt notabamus supra.

6 Sed argues inde. Essentia, & Paternitas, seu Pater re ipsa idem sunt : ergo quæcunque alteri realiter conuenient : sed essentia conuenit communicari ; Paternitati non communicari, Patri generare, essentia non generare ; Personalitati distinguere Personas, non identificare, essentia identificare non distinguere : ergo eidem entitati realiter plura contradictoria ex hoc mysterio conuenient, quod implicat, ac proinde mysterium, ex quo eiusmodi contradictoria inferuntur. Respondetur admissio integro antecedenti, negando Primam consequentiam. Illa quippe omnia de se contradictoria non sunt, sed ratione limitationis materia, cui in creatis applicari possunt : quia videlicet creata determinata, & limitata perfectionis sunt : ac proinde omnem perfectionem non capiunt. Dei autem entitas ob sui eminentiam, atque simpliciter infinitatem in genere entis prædicata omnia, quæ imperfectionem non inuoluunt in se cohercet. Sed dices : Prædicata negatiua, vt non generare, non communicari formaliter perfectiones non sunt : ergo ratione eminentia, & infinitatis Dei in essendo ipsi non conueniunt : ergo æquè repugnant, & implicat in Deo, atque in creatis. Respondetur distinguendo antecedens : formaliter, & seiunctim, concedo antecedens, fundamentaliter, & coniunctim nego antecedens : in Deo autem prædicata illa non sunt seiunctim, & formaliter, sed coniunctim, & fundamentaliter. Fundantur enim in positio essentia, & Personalitatum : quare eidem entitati infinita simpliciter eorum, & oppositorum fundamentum ob sui eminentiam competit : unde negantur prima, & secunda consequentia.

7 Scio nostros Vazq. r. d. 120 c. 6. Alarcon. d. 2. de Trinit. c. 10. n. 12. pluresque alios Comprovincianos Recentiores existimare sola formali distinctione rationis ratiocinata contradictoria tactis, ac similibus in hac materia satisfieri : quia in vtraque propositione conceptus obiectiuus ex parte subiecti non est formaliter idem, siue eadem, siue diuerso nomine significetur. Cum enim affirmatio, & negatio nostra non nisi conceptibus nostris fiat, necessarid à nostro modo concipiendi pendet, qui necessarid etiam eas formalitates in eis propositionibus distinguit, etiam dum asserit essentiam communicari realiter. Id quod etiam Beati, imò, & Deus ipse cognoscunt : nempe eandem re ipsa entitatem realiter sub vna formalitate præcisã à nobis vnum habere, & sub alia aliud oppositum. Sed contra : non ideo entitati diuinæ conuenit communicari realiter, & non communicari realiter, quia à nobis concipitur, essentia præcisè, & paternitas præcisè, quin ideo à nobis verè concipitur, quia ita re ipsa est : ergo non pendet à nostro modo concipiendi conuenientia in esse rei duplicis contradictori in eandem entitatem. Contra secundò : quia si ex distinctione formalitatum obiectiuarum ex parte subiecti tollitur contradictio in reali conuenientia prædicarum contradicentium : ergo hæc sunt propositiones veræ in vestra Doctrina, admitteque debent : *Pater est realiter Deus : non est realiter Deus. Christus est locus realiter, & lacrymatus realiter non est locus, nec lacrymatus realiter.* Quia negatio ratione diuersæ formalitatis obiectiua competit subiecto ab ea, ratione cuius competit affirmatio. Contra tertid : quia postea formalitate præcisã ex parte subiecti, adhibitoque realiter ex parte prædicari est manifesta implicatio in terminis : quare affirmatiua propositio necessarid est falsa, vt in simili susus ostendam d. 6. cum tamen vera, & de fide sit, vel proxime tenenda, igitur est solida nostra solutio. Opportunum videbatur quæstionem de circumfessione Personarum his adtexere. Sed de ea commodius d. de Personarum comparatione disputari poterit. Ideò, ni forte longissima huius Disputationis tædio, illud eam remittimus.